

nentia, quæ qui erunt cardinales in electione pontificis praesentis, manu propria signabut sub forma verborum sequentium.

Ego . . . . electus in Summum Pontificem, præmissa omnia promitto, iuro et voveo observare et adimplere in omnibus et per omnia pure et simpliciter, bona fide, realiter et in effectu ad litteram, sine aliqua excusatione et tergiversione et interpretatione verborum, sub poena periurii et anathematis, omnibusque aliis poenis contra veros hereticos per sacros canones statutis, neenon omnibus et singulis contentis in bulla felicis recordationis Julii Papæ II contra simoniacam electionem pontificis, a quibus nec me ipso absolvam, nec absolutionem alicui comittam. Ita me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia. Ac volo quod dicta istrumenta et eorum quodlibet vim decretalis et constitutionis perpetuae inviolabiliter observandae cum decreto irritante obtineant; et si unquam secus ante actum fuerit et in aliquo contravenire vel dispensare temptavero, id nullius sit roboris vel momenti, et nihilominus ipsa instrumenta, capitula, et quodlibet ipsorum, in suo robore et firmitate permaneant; et quod de ipsis capitulis debeant fieri dicta instrumenta publica per duos notarios de illis rogatis, et detur unum instrumentum unicuique dictorum cardinalium quod volo habere vim bullæ apostolicae, nec non infra tres dies post coronationem meam dabo tot bullas omnia et singula capitula predicta continentes, quot erunt cardinales in mea coronatione praesentes.

Item, promitto, iuro et voveo ante publicationem meam et antequam portæ conclavis aperiantur et cardinales a me exeat, dare et cum effectu tradere et consignare unum ex dictis instrumentis manu mea propria, ut supra scriptum, serenissimo domino Maximiliano in Roma imperatore electo, ac unum Christianissimo francorum regi, ac aliud simile instrumentum serenissimo domino Angliae regi, ac aliud simile instrumentum Catholico Aragoni regi, ac aliud simile instrumentum regi Unghariæ, ac alterum Illustrissimo Venetorum Dominio, ac aliud simile instrumentum excenso Dominio Florentinorum, et aliis regibus et principibus christianis mitenda respective per oratores, vel procuratores, vel protectores ipsorum principum; quod si in aliquo contraventione, volo et consentio incurtere poenas in his capitulis pluribus locis contentas.

Tenor vero capitulorum prædictorum sequitur et est talis.

Ego . . . electus in Papam, promitto, iuro et

voveo Omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et omnibus sanctis et Ecclesiae Sanctæ Dei facere, attendere et observare ac efficaciter adimplere omnia et singula infrascripta.

In primis, quia impensae reverendissimorum dominorum cardinalium plurimum auctæ sunt pro conservanda eorum dignitate et honore, statuo et decreto, promitto et juro de preventibus camerae apostolicæ dare et solvere, seu dari et solvi facere, ducentos florinos auri de camera omni mense cuilibet cardinali non habenti integre de preventibus ecclesiasticis ex capello sex milia florenorum annuatim in portatis et de clero deductis pensionibus et omnibus gravaminibus quoisque et promissum sit de dicta summa in redditibus, et cardinales omnes habentes quaecumque beneficia trecenta et in competitibilia in titulum vel commendam manutenendo et defendendam in possessione omni eorumdem.

Item, ut mihi ab eisdem cardinalibus libere perveniant consilia, non cupiam nec quomodolibet apponam, nec per quempiam apponi permittam manum in persona vel in bonis alicujus ex eis, nec aliquid de eorum statu et provisione mutabo quacumque ratione, causa vel occasione, sine expresso consilio et consensu duarum partium ex tribus dictorum dominorum cardinalium praestito per ballotas, ut infra; nec aliquo modo procedam aut procedi mandabo, vel permittam contra aliquem ex eis nisi procedente legitima causa, cognitione aut processu coram dictis duabus partibus ad id deputandis, eisque libere et per ballotas expresse in hoc consentientibus; nec damnabo aliquem ex eis nisi convincetur legitime et coram dictis duabus partibus per ballotas uterque consentientibus; servaboque eos liberos et exemptos ab omni datio et gabella quacumque vini, salis, grassiae, terræ et omnium aliarum, teneanturque ministri mei seu camerae apostolicæ vendentes seu locantes vectigalia in omnibus venditionibus conditionem apponere, ne quidquam quovis quaeasito colore exigant a cardinalibus . . . et simpliciter stetur ad cedulam manu dictorum cardinalium subscriptam, ac etiam debeant de hoc capitulo in locationibus predictis expressam facere mentionem, et in eventu in quo ipsi conductores sive nomine camerae exatores aliquid exigerint, possint eogi quocunque tempore etiam sede vacante, etiam si exigissent a longo tempore antea, ad restituendum de suo proprio, nec valeat illi ignorantiae allegari, nec eorum ecclesiis et monasteriis quocumque nomine nuncupatis, gravamina, quacumque ratione vel causa ipsa; nec ab eisdem cardinalibus, ecclesiis et mo-